

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

10. De corpore anima destituto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](#)

PUNCTUM VI.

**S**ententia pro anima justa: *Venite benedicti Patrum mei, percipite regnum, quod vobis preparatum est ab origine mundi.* Et: *Euge serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Suscipiet eum Angelus custos, ac pluribus comitantibus deducet in cœlum, nisi fuerit purganda, In illo autem primo ingressu, & quasi occursu torrentis voluptatis quomodo afficietur? ô verè pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum!* *Mors Ps. 115.* autem peccatorum pessima. Petam illam mihi: & quoniam in illo iudicio non est locus patrocinii, nunc purissimam Dei Matrem ferventer compellabo: *Maria Mater gratiae, Mater misericordiae, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.*

Sententia  
Iusti.  
*Matt. 25.*

*34. Matt. 25. 21.*

*15.*

*Ps. 33..*

*22.*

MEDITATIO X.

*De corpore, animâ destituto.*

*Hac meditatio est imago mortis spiritualis, qua homo passionibus suis moritur, qua propterea mortificatio dicitur.*

PUNCTUM PRIMUM.

**Q**uale remanet corpus? 1. Destitutum motu membrorum, & usu omnium sensuum, nec illorum objectis afficitur. 2. Pallidum, deforme, & foetidum redditur, & mox in corruptionem vergit; estque horro, quod vivum delectabat.

Corpus  
mortuum.

1.

2.

54      *Pars I. Medit. X.*

3.      Et abat. 3. Proinde solitarium relinquitur cadaver, & quamprimum efferri curatur.

II.      II. Dum vivo, mortuum imitabor in his tristis Mori in bus. 1. In sensuum mortificatione, etiam à licita vita.

1.      1. non necessariis, & quasi carerem sensibus, non afficiar. 2. Non cōsiderando, quod res sunt: sed quod erunt postmodum squalidæ & tereæ.

*Isa. 40.7.*      *Omnis enim caro fœnum, & gloria ejus quasi flos agri.* 3. Nihil curando, quod relinquar, & me

*Ps. 30.12.*      vitent alii, ut cadaver, quod de se David: *Qui videbant me foras fugerunt: oblivioni datus sum, tanquam mortuus à corde: factus sum tanquam vas perditum, quoniam audi vivituperationem multorum commorantium in circuitu; hoc est, crucifixum esse mundo, ut pro mortuo me habeat, & trahet; & mihi mundum, ut id perferam, quasi insensibilis factus, ad mundi vexationem.*

**PUNCTUM II.**

I.      *Cadaver omnibus caret.*      I. **V**Estis, lectus, & habitatio defuncti corporis: pro veste linteum, quo involvitur; vel si quid pretiosum additur, mox sepeliendo

*Isa. 14.*      detrahitur, pro lecto humus: *Et subter illud steretur tinea, & operimentum ejus erunt vermes:* pro habitatione erit fossa septempedalis, ac si qua moles superstruatur, quid ea confert exanimi? Pudeat mollitiei & superfluitatis dum vivo circa ejusmodi.

II.      II. Imitabitur Religiosus conditionem cadaveris 1. In studio paupertatis, ut vilissima Religiosus.      quæque in vestibus, lecto, & habitatione præpter: neque moveatur, quomodo cunque circa ista

2.

3.

ista habeatur. 2. In studio castitatis: ut sicut per mortem fū divertium perpetuum ab omnibus oblectamentis & curis mundi: ita ego per votum castitatis penitus iisdem moriar. 3. In studio obedientiæ, ut instar cadaveris, me versari sinam sine contradictione.

### PUNCTUM III.

I. **E** Latio ad sepulchrum 1. In feretro, alienis humeris, per plateas effertur exanimis, qui paulò ante obibat omnia alacer. Quare nunc è cubiculo, è domo egrediens per compita incedens, memorabo diem illum, cùm tantò aliter agetur mecum. 2. Effertur cum comitatur aliis cantu, aliis fletu prosequentibus, vel honoris ergò: sed ea quid prosunt exangui? imò damnato cedunt ad cruciatum. 3. Infertur in sepulcrum, cooperitur humo, lapide clauditur, mox à verminibus depascendus, æternumque memoria delendus, vel si etiam honorificè celebratur, id animæ quantum confert, præsertim æternis ignibus addicet? unde bene quidam dicebat: *O Aristoteles! laudaris ubi non es, cruciaris ubi es.*

1.  
Iter ad  
sepul-  
chrum.

2.

3.

II. Ergo discam, vanos honores pro nihilo habere, me ipsum parvi pendere, neminem asper- Docu- nari: quando omnes futuri sumus mox per mor- mentia. tein æquales. Dicam autem animæ meæ: Vide, quām foves & ornas, cui servis carni puditis- simæ: quin pro ancilla eam habeto, & servire tibi facito. Nec istum sepulturæ honorem polliceri tibi potes: cùm possit contingere, quod

II.

56      *Pars I. Meditat. XI.*

*Ierem.*      Regi Ioacim, *Qui sepultura asini sepelitur, putrefactus & projectus extra portas Ierusalem*, quod & Iezabeli factum: tūque forsitan promeritus es ob tua peccata.

*4. Reg. 9.*

35.

---

MEDITATIO XI.

*Super illa verba: Memento homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.*

PUNCTUM PRIMUM.

*Homo ex pulvere.*

*C*ur homo ex pulvere factus, cùm potuisset ex nihilo corpus creari, sicut & anima 1.  
1. Ad humiliandum ipsum ex intuitu originis. 2.  
2. Ut Dei benignitatem potentiamque amaret: qui ex pulvere per inspirationem animæ fecisset ipsum ad imaginem suam: *Quid superbis terra & cinis, & ex donis Dei cur extolleris? Adam oblitus originis suæ, affectavit esse, sicut Deus.*

*Eeccl. 10*

9.

*In pulve-  
rem re-  
gressus.*

1.

2.

3.

*C*ur homo damnatus, ut in pulverem redeat?  
1. Ut intelligatur malitia peccati, quæ promeruit tam nobile opus in pulverem redigi: cùm alioquin non fuisset interitulum, si non peccasset. 2. Ut qui ex vilitate principii, unde plasmatus est, non se continuit in humilitate, humiliaretur ex fine, quem habiturus est redactus in pulverem 3. Ut recordatione pulveris extremi, terrenas comprimat affectiones, & commissorum agat pœnitentiam, ut suadet

Pro-